



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 120. Rationum momenta ad occupandas Burgundiæ hæredis Provincias
a Rege allata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

lesimo quadringentesimo septuagesimo Sæcul. XV
 septimo omnes Burgundici Ducatus Or- A C. 1477.
 dines convocavit.

§. CXX.

Rationum momenta ad occupandas Bur-
gundicæ hæredis Provincias
a Rege allata.

Ludovicus Rex per suos exponi curavit,
 se contra hæredem Burgundicam tri-
 bus munitum esse titulis. I. Sibi tanquam
 supremo Domino jure beneficiario debe-
 ri Burgundiæ Ducatum, præter Flan-
 driæ, Arthesiæ, & Carolesii Ducatus,
 pluresque alias Belgii ditiones. II. Se
 esse Ducissæ genere proximum, proin sibi
 ex propinquitatis legibus curam incum-
 bere, ne illius bona ad extraneos trans-
 irent. III. Se hanc Filiam e sacro fonte
 suscepisse, & hoc quoque nomine se ab
 Ordinibus Burgundis postulare, ut Bur-
 gundiæ Ducatus suæ custodiæ tradere-
 tur, donec ipsa hæres cunctas sibi a suo
 Patre relictas ditiones penitus vindi-
 casset; se vero illis Regiam suam fidem
 obstringere, quod eidem tunc præfatum
 Ducatum ingenue ac integre redditurus
 esset. Cum ergo Burgundiæ Ordines
 Regis petito annuerent, ipse Burgundici
 Ducatus possessionem accepit, exceptis
 quibusdam urbibus, quas eidem cedere

Qq 2

renue-

Sæcul. XV. renuebant. Nec tamen pari successus
A.C. 1477. facilitate obtinuit Burgundiæ Comita-
 tum, qui hodie Sequanorum tractus seu
Franche-Comté appellatur, quamvis nulli
 solertiæ pepercisset, ut eundem quoque
 in suam potestatem redigeret.

§. CXXI.

*Nonnullæ urbes in Picardia & Ar-
 thesia a Rege occupatæ.*

Nec his contentus Ludovicus, quas-
 dam etiam Picardiæ, Arthesiæ &
 Flandriæ urbes, perinde ac si prædia be-
 neficiario obsequio Gallicæ Monarchiæ
 obnoxia essent, occupare molitur, missis
 in hanc rem Borbonii Notho ac Commi-
 næo. Jam antea Torcyus, qui ad Re-
 gis partes transibat, Abbavillam subegit;
 non æque tamen facilis, atque expedita
 erat Atrebatensis urbis deditio; Dux
 enim Burgundiæ hujus urbis Præfectus
 designabat Ravensteinium Clivensis Dy-
 nastæ fratrem, & Crepicordiensem Do-
 minum, qui alio nomine Cordæus, seu
 Desquerdus dicebatur. Hi Regi expo-
 nebant, Atrebatensem Comitatum clien-
 telare quidem prædium esse, ejus tamen
 conditionis, ut nonnisi ad foeminas de-
 volvi posset; illud enim a Margarita
 Flandriæ Ducissa ad Burgundicam fami-
 liam fuisse translatum; cum ergo Maria
 unice

*Commin.
 l. 5. c. 11.*

*Cleves.
 Creveccœur.
 Cordes.*